

liam¹ sub Romanorum iugo posuerat, in Campania², in Capue planicie propter hyemis³ asperitatem cum suo exercitu hyemaverat⁴. Qui cum intelligeret que⁵ in urbe Roma⁶ gesta erant, plurimum turbatus ad civitatem festinanter pergere properavit⁷ et per Campaneam⁸ ad urbem accedere curavit. Similiter Gaius Cesar Romanorum imperator intelligens que in civitate Rome contingerant⁹, per marinas partes Romam appropinquare
 *f. 52b. *velociter¹⁰ proposuit. Dum autem¹¹ ad civitatem appropinquare videretur, Papirius vasis argenteis et aureis¹², vestibus pretiosis¹³, auro quidem et argento, pecunia¹⁴ innumerabili urbem Rome¹⁵ expoliavit. Erarium¹⁶ quoque, in quo¹⁷ rei publice thesaurus existebat, aperuit, omnia ea¹⁸ que in ipso aderant erario tulit et inter eius milites divisit¹⁹. Exivit autem Papirius de civitate Romana²⁰ cum omni gente sua quodam die Martis, VIII. Kal. Aprilis. Audito namque a Gaio²¹ Cesare Romanorum imperatore et¹⁸ Malio²² Torquato de Papirii recessione, qui ad illas appropinquaverant²³ partes, velociter equitare proposuerunt. Pervenit autem Papirius²⁴ cum exercitu magno apud fluvium Aliam²⁵, qui per undecim distat miliaria ab urbe Rome²⁶. Ibidem Gaius Cesar et Malius²⁷ Torquatus cum omni gente²⁸ et fortia eorum ei supervenerunt. Pugnavit enim Malius²⁹ Torquatus cum Gallorum gente, et¹⁸ fortiter et inique sunt³⁰ preliati, ab utraque parte innumerabiles interempti³¹ et vulnerati sunt; tandem Romani victi sunt et usque in castris fugati. Altera die summo diluculo Gaius Cesar cum eis prelium conmisit et cum eis duriter pugnavit et inique, et ea die pari pugna cesserunt³². Tertia die Gaius Cesar et Malius³³ Torquatus cum omni gente sua et cum omni gente³⁴, que in Rome civitate remanserat, prelium magnum et iniquum cum Papirio et gente sua commiserunt³⁵, gravissime pugnatur

1) Nicht deutlich lesbar E. 2) 'in Camp.' aus E., fehlt Hs.; 'campanie' E. 3) 'yemem' E. 4) 'yem.' E. 5) 'quod' E. 6) 'romana' E. 7) 'festinavit' Hs. 8) 'campaniam' E. 9) 'contingerunt marrinas' E., wie es scheint. 10) 'vel. aprop.' (so auch gleich danach) E. 11) 'etiam' E. 12) 'aureis et arg.' E. 13) 'preciosis' E. 14) 'peccunia' E. 15) Fehlt Hs. 16) 'Errarium' E., und so später 'errario'. 17) 'qua' E. 18) Fehlt E. 19) 'mil. eius diviserat' E. Vielleicht hat zu diesem Zuge der Erzählung Anlass gegeben was Codagn. bei Landolf (Auct. II, 287) oder Oros. VI, 15 lesen konnte, wie Cäsar bei Eröffnung des Bürgerkrieges Geld dem Aerar entnahm. 20) 'Rom. civ.' E. 21) 'gagio' Hs. 22) 'Milio' E. hier. 23) 'apropinquaverat' E. 24) 'citius' E. 25) Fehlt Hs. — 'quod' Hs. 26) So schrieb Codagn., weil er in des Paulus Hist. Rom. gelesen hatte: 'Romanos undecimo miliario a Roma apud flumen Alliam secuti', welche Stelle er oben in den Excerpten aus Paulus ausgeschrieben hatte. 27) 'Cesar Milius' E. 28) 'sua' fügt hinzu E. 29) 'Pugnantes Milius' E. 30) 'inter' (?) E. 31) 'interierunt' E. 32) 'cessarunt' E. 33) 'Milius' E. 34) 'et cum o. g.' aus E., fehlt Hs. 35) 'commiserant' E.